



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones
Lectissimorum Casuum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

S.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

Princeps etiam de absolutâ potestate eam illis adimere non possit : nisi in aliquibus tantùm casibus ; vt quando delictum est notorium ; quando timeatur tumultus populi, & aliis huiusmodi, in quibus scit Princeps nullam reis competere posse defensionem. Lessius & alij. *In Addit. 3. p. ref. 29.*

Rex, Imperator.

Reges & Imperatores ex speciali priuilegio, ab Episcopis excommunicari non possunt, ob reuerentiam maiestatis ; Officiales verò eorum, & Consiliarij possunt. Barbosa & alij 3. *p. 3. tr. 1. ref. 9.*

S.

SACRAMENTVM.

AD veritatem formæ Sacramentorum non requiritur physica eius coexistentia cum materiâ, sed sufficit moralis coniunctio. Granad. & alij 4. Idem est de interruptione si non sit tanta, quin secundum regulas dialecticas sit vna oratio. (Nugnus.) vnde non obstabit si Sacerdos baptizans cum dixit,

dixit
mult
garr
&c. 1
2 V
in co
est c
quo
dice
beat
tam
mo
& a
mei
vt
adu
Qui
ven
ref.
3 I
in a
sus,
teri
tr. 1
4
qua
fufe
put
lij

dixit, *Ego te baptizo*, dicat pueris tumultuantibus: *recedite inde, & nolite ibi garrere*, & postea addat *in nomine Patris*, &c. Marchant. p. 5. tr. 5. ref. 40. & 41.

2 Verè conficeret Sacramentum qui in consecratione v. g. panis diceret: *Hæc est caro mea*: idem enim significat *caro* quod *corpus*. Granad. & alij 4. Item si diceret, *hic est calis*; nam licet *calis* habeat aliam significationem quàm *calix*, tamen in consecratione, ex communi modo percipiendi, idem sonat. Suarez & alij. Quòd si diceret, *Hic est corpus meum*, valeret si *hic* sumatur masculinè, vt significet *hic cibus*, secus si sumeretur aduerbialiter *hic*. Granad. & Fagund. Qui verò omitteret particulam *enim*, venialiter tantùm peccaret. p. 2. tr. 17. ref. 14. & p. 5. tr. 14. ref. 76. & 77.

3 In susceptione Sacramentorum etsi in adultis requiratur positivus consensus, sufficit tamen habitualis, id est, præteritus non reuocatus. Hurtad. part. 5. tr. 13. ref. 32.

4 Omnia Sacramenta possunt aliquando conferre primam gratiam, si suscipiantur ab attrito, qui bonâ fide putet se esse contritum. Coninc & alij 2. *ibid.* ref. 31.

5 Vt impetretur à Sacerdote administratio Sacramenti in graui necessitate, si nolit aliter facere, potest ei pecunia dari, non quidem vt pretium, sed tanquam medium alliciendi animum illius ad dandum Sacramentum, vel certè vt redimas iniustam vexationem. Hurta. & alij 5. p. 5. tr. 3. res. 29. & tract. 7. resol. 16.

6 Qui suscipit vel ministrat Sacramentum, si recordetur alicuius peccati mortalis, in quacumque angustia temporis debet, quia potest, elicere contritionem, cum Deus semper sit paratus præbere auxilium. Ochagau. aliter tamen, & probabiliter sentit Vasquez cum alijs 4. vt si quis vulneratum in plateâ & iam morientem statim debeat absoluere. Idemque est de alijs Sacramentis, ve etiam cum quis in subitâ irruptione infidelium consumit Eucharistiam. p. 4. tr. 4. res. 98. & p. 5. tr. 13. res. 74. Extra eam necessitatem conferens in statu peccati aliquod Sacramentum, præter baptismum non solemnem, peccat mortaliter, nisi excuset ignorantia. Coninc. & alij. Neque contrarium quod docet Croufers admittendum est, nisi in ministracione

Eu-

Euch
7 C
men
plica
in c
p. 5. 7
8 C
susci
subl
reso
9
smu
Epi
cul
ma
me
seq
ru
fia
ca
ca
fe
(E
m

Eucharistiæ. part. 6. tract. 6. ref. 53.

7 Qui indignè administravit Sacramentum, non debet in confessione explicare quale illud fuerit; quia violatur in omnibus eadem virtus religionis.

p. 5. tract. 14. ref. 56.

8 Omnia Sacramenta si cum obice suscipiantur, reuiuiscunt postea illo sublato. Caietan. & Cabrer. p. 3. tract. 4. resol. 15.

9 Qui inualidè administravit Baptismum, vel Ordinem Sacerdotalem, aut Episcopalem, tenetur etiam cum periculo famæ, vel vitæ defectum illum manifestare, propter maximum detrimentum spiritale fidelium quod inde sequeretur. p. 5. tr. 13. ref. 55.

Scandalum.

1 Scandalum est actus minus rectus præbens proximo occasionem ruinæ, etsi hæc non intendatur, modo fiat aliquid quod saltem speciem peccati habeat, quo creditur alius ad peccatum inducendus, quod etiam in confessione distinctè est explicandum. (Hurtad. & alij 3.) imò teneris, & numerum illarum personarum, & spe-

ciem peccatorum explicare. Filliæ. & alij 3. etsi hoc neget Lugo eò quòd quãdo non intenditur ruina proximi, solum sit malitia scandali contra caritatem. p. 1. tr. 7. ref. 1. 2. & 3. & p. 6. tr. 6. ref. 33.

2 Nullum præceptum siue affirmatiuum siue negatiuum omitti debet propter scandalum, quod aliàs sine peccato omitti non posset. Vasq. & alij 4. Contrarium tamen est probabile quoad præcepta positiva, ex quorum omissione nullum damnum sequitur proximo. (Suar. & alij 6.) vnde & mulier potest exire ad audiendum Sacrum, quamuis sciat se lasciue ab aliquo concupiscendam. Granad. & alij 3 p. 5. tr. 7. ref. 21. & 22.

3 Ab operibus consilij, vt ingressu religionis, ad tempus abstinendum est ob scandalum ex infirmitate: vt si aliqui in auctoritate, & præsentia contineantur à peccatis, in quæ aliàs essent facile lapsuri. Valent. & alij. *ibid.* ref. 23.

4 Propter scandalum non sunt dimittenda bona tēporalia alicuius momenti: Imò Prælati Ecclesiastici non possunt omittere ea quæ ad bona Ecclesiæ cōseruanda, vel acquirenda necessaria sunt. Suarez & alij. *ibid.* ref. 24.

5 Femina ornans se more patrio, etiam si sciat fore, ut ex hoc ornatu lasciuè ab aliquo ametur, non peccat mortaliter: utitur enim iure suo, neque est causa illius scandali, nisi per accidens. Sanchez & alij. quod verum est quamuis id faceret cum peccato veniali inanis ostentationis. Et idem dicendum est si choreas ducat. Quod si aliquem in particulari sciret inde sumpturum occasionem ruinæ, tunc deberet abstinere si commodè potest; ut non potest si quis illam inuitet cui sine notâ, vel offensione negare non possit. Item si alius non ex malitiâ peccabit, sed ex infirmitate, vel passione: quod si id diu dureret, non est passio, sed malitiâ. Hurtad. & alij. p. 2. tract. 15. ref. 30. & p. 5. tr. 7. ref. 31. & 25.

6 Si femina utatur veste virili, vel contra sine iustâ causâ, solû ex leuitate, & absit tum scandalum, tum intentio, periculumque libidinis, tantum erit veniale: aliàs erit mortale. Syluius p. 5. tr. 7. ref. 32.

7 Potest vinum vendi tabernariis qui sciuntur illud aquâ mixtû iterum vendere: sed non liceret tunc illis tradere tuo nomine vendendum, nisi ex non-

L l s.

ven-

venditione graue damnum patereris.
Meroll. *ibid.* ref. 39.

8 Potest sine peccato suaderi minus malum etiam de quo alter non cogitabat: vt si dissuadens alteri adulterium nihil possit obtinere, ideoque proponat ei fornicationem ad explendam libidinem, quam aliter dissuadere non potest: Imò volenti furari à paupere posses suadere vt potiùs furetur à diuite, etsi personam determinares. Vasq. & alij 2. *ibid.* ref. 18. & 19.

9 Qui obiicit alicui occasionem peccandi ob bonum finem, non peccat: v.g. cùm maritus offert vxori occasionem adulterandi, vt illam in adulterio deprehendat: vel cùm dominus dat famulis occasionem furandi, vt in furto deprehensi respiscant: quia id non est formaliter cooperari ad peccatum; sed potiùs illud velle impedire. Layman & alij 2. p. 3. tr. 5. ref. 28.

Secretum.

Secreta Principum, vel exercitus, vnde bonum Reipub. vel exercitus dependet, reuelare non licet, etiam ad euitanda tormenta vel mortem; nam
bonum

bonu
priua
tem i
uis i
Lest.

1 P
vel e
ralit
citè
turã
ri. F
repe
teo
ipfu
ref. 2
rien
sept
exc
Exc
tes
eos
du
id
tes

bonum publicum præferendum est
 priuato. Malder. & alij 2. Secluso au-
 tem illo casu boni publici, licet, quam-
 uis inde mors proximo immineret.
 Less. & alij 2. p. 6. tr. 6. ref. 60.

Sepultura.

1 **P**ublicus peccator qui absque ex-
 terno pœnitentiæ signo moritur,
 vel etiam qui moriuntur in facto mo-
 raliter malo (nisi se ipsi occidant) li-
 citè possunt donari Ecclesiasticâ sepul-
 turâ: imò & suffragia pro ipsis offer-
 ri. Hurtad. Idem est quamuis aliquis
 reperiretur laqueo suspensus, vel in pu-
 teo suffocatus; non enim constat se
 ipsum interfecisse. Villalob. p. 5. tract. 3.
 ref. 99. & 100.

2 Excommunicatus toleratus mo-
 riens non est priuandus Ecclesiasticâ
 sepulturâ, etsi publicè constet fuisse
 excommunicatum. Suarez & alij 4.
 Excommunicatio verò lata in sepelien-
 tes non-toleratum, tantùm spectat ad
 eos vel qui propriis manibus terræ tra-
 dunt. (Caietan. & alij 2.) vel etiam qui
 id mandant, non autem ad comitan-
 tes, vel cantantes, vel lumina defe-
 rentes.

rentes. Suarez & alij 4. *ibid. ref. 140. & tr. 9. ref. 98.*

3 Religiosus persuadens moribundo ut velit sepeliri in suâ Ecclesiâ, peccat mortaliter, & incurrit excomm. Bonifacij VIII. & talis electio seruanda non est, quamuis iurata. Portel. *p. 5. tract. 3. ref. 101.*

4 Ad probandam electionem sepulturæ factam requiruntur saltem duo, vel tres testes, sicut ad quâlibet dispositionem ad pias causas. Genuent. & Lauor. sufficere tamen dictum solius Confessarij docet Molfes *ibid. ref. 106.*

5 Pater pro filio in vitâ eligere potest sepulturam, non autem post mortem. Qui verò non habet facultatem eligendi sepulturam, apud maiores suos humandus est. (Barbos.) & vxor apud virum, & quidem vltimum, si plures habuit. *ibid. ref. 107 & 108.*

6 Religiosi extra claustrum mortui in suis tamen Ecclesiis sepeliendi sunt, nisi sint ita remotæ, ut commodè eò portari non possint, tunc enim possunt eligere sepulturam, aut si non elegerint, in Parochiali Ecclesiâ sepeliendi sunt, instar seularium in itinere morientium. Sanchez & alij. *ibid. ref. 110.*

Sigil.

V
ex vi
rentē
secre
p. 5. tr
paru:
Mald
desm
2 Po
sione
& all
press
debe
senti
bet e
per p
iam
fella
cessa
(Sua
reue
den
nite
nem
cent
erli

Sigillum confessionis.

1 Violatio sigilli duplicem habet malitiam, & sacrilegij, & iniustitię ex virtuali pacto quod est inter pœnitentē & Confessarium de seruando illo secreto in omni casu. Fagund. & alij 2. p. 5. tr. 11. ref. 2. neque hęc datur materia paruz: nee contrarium probabile est. Malder. & alij. quamuis id doceant Ledesm. & Sotus. *ibid.* tr. 5. ref. 8.

2 Potest Confessarius reuelare confessionem delicti pœnitentis. (D. Tho. & alij 6.) sed debet esse formalis, & expressa; vnde non sufficit pœnitentem debere consentire, si de facto non cōsentiat. (Malder. & Tanner.) Item debet esse plenē libera, neque fraude, aut per preces importunas extorta, aut etiam per metum reuerentialem Confessarij. (Fagund.) Non est tamen necessarium illam habere in scriptis. (Suarez & Fagund.) In dō in dubio an reuelatio illa facta sit cum licentiā, credendum est Sacerdoti potius quā pœnitenti. Henriq. & Graff Ad reuelationem autem peccati cōplicitis sufficit licentia solius pœnitentis. Suar. & alij 3. etsi contrarium probabile sit. Vasq. & Ket-

542 *Sigillum confessionis.*

Kellison. p. 5. 11. ref. 10. 32. 33. 41. & 24.
 3 Nullo modo licet vti scientiâ habi-
 tã in confessione, nisi forte in iis per
 quæ nemo potest rationabiliter auerti
 à confessione: vt si quis intelligeret
 Petrum non esse Sacerdotem, posset
 deinceps illi non confiteri; aut si sciret
 vitæ suæ insidias parari, posset non exi-
 re domo, aut armis ad defensionem
 se instruere. (Sanchez & alij 2.) non
 tamen licet ex eâ scientiâ aut negare
 suffragium, etiam occultum, aut amo-
 uere ab officio. Suarez & alij 9. & con-
 traria sententia est admodum pericu-
 losa. Si tamen is de quo eligendo agi-
 tur, habeat alios defectus, putã ætatis,
 scientiæ, &c. non tenetur Confessarius
 ei dare suffragium, quem ex confessio-
 ne nouit indignum. (Malder. & alij 6.)
 Neque si Confessarius ex confessione
 sciat famulum suum esse furem, potest
 illum idèò dimittere. (Malder.) neque
 si iter faciens sic intellexit se in siluã
 occidendum, potest retrocedere, aut
 fugere, neque si intellexit in calice
 mixtum esse venenum, potest aut Sa-
 crum omittere, aut aliud vinum pete-
 re. Quæ vera sunt etsi sciret se esse in
 peccato mortali; sed deberet tunc elice-
 re.

re ce
 dare
 tulo
 fet o
 fessio
 4. 37
 4 I
 ven
 à Su
 dan
 fet n
 vel à
 eo g
 eo
 null
 ne g
 prob
 bilit
 illud
 quò
 ui n
 con
 Pal.
 5. C
 aud
 etia
 alij
 con
 si d

re contritionem, & se Deo commenda-
re. Excipe nisi posset alio honesto ti-
tulo mortem effugere, ita ut nulla pos-
set oriri suspicio illius peccati in con-
fessione dicti. Suarez & alij 2. *ibid. ref. 3.*

4.37. & 46. & p. 3. tr. 4. ref. 76.

4. Decretum Clementis II. de non
utendâ scientiâ in confessione acceptâ
à Superioribus Religiosis, putant qui-
dam non habere locum, quando id es-
set necessarium ad periculum à Repub.
vel à proximo propulsandum, quòd in
eo grauior sit obligatio. Imò etiam ex
eo quòd sit sententia probabilis, &
nullum ius humanum possit impedire,
ne quis in necessitate utatur sententiâ
probabili. ita Mercerus. sed an proba-
biliter, tu iudica. Sicut & alij docent,
illud non obligare sub mortali, ex eo
quòd tantum feratur verbis imperati-
ui modi. Caietan. & Rodriquez. Sed
contrarium alibi docui cum Castro-
Pal. p. 4. tr. 4. ref. 102.

5. Confessarius rogatus de crimine
audito in confessione, potest negare,
etiam cum iuramento: (Vasquez &
alij 5.) nisi ex illâ negatione sequeretur
confessionem non fuisse integram: v.g.
si de publicâ meretrice rogaretur an

non

non esset confessa fornicationem: tunc enim declinanda est directa responsio, dicendo; illam confessam esse peccata sua, & se functum officio suo. Henric. & Granad. Imò quamvis ipse non posset aliter explicare suum peccatum in confessione, non potest reuelare peccatum alterius. Vasquez & alij 8. p. 5. tr. 11. res. 43. & 9.

6 Quando Confessarius commisit aliquem defectum in confessione, quia v. g. non obligauit pœnitentem ad restitutionem, non potest cum illo loqui de supradicto defectu sine ipsius licentiâ, quam si negat, culpa erroris à Confessario in pœnitentem transferatur. Granad. & alij 3. etsi contrarium doceat Suar. & alij 5. Quæ vera sunt, etsi is error statim à finitâ confessione deprehenderetur. Fagund. sed contra sentit Henriquez & alij 2. Imò neque in sequentibus confessionibus potest loqui de prioribus sine expressâ licentiâ pœnitentis, nisi de illis peccatis quæ pœnitens tangit, vel confitetur in secundâ. Fagund. quamvis aliter sentiat Granad & alij 4. *ibid.* resol. 18. 19 & 20. & p. 3. tr. 4. res. 87.

7 Quod quis alteri dicit tamquam in

con-

conf
gatio
tura
verb
signi
hoc
labit
& si
mult
Mal
nuti
obtu
ceat
lofur
lion
& q
8. Q
tüm
tens
pecc
& al
libus
que d
men
tente
tione
merè
virtu
semp

confessione dictum, non inducit obligationem sigilli, sed tantum secreti naturalis. (Raynaud.) Sed si pœnitens vel verbo, vel facto v. g. clam accedendo significet se nolle sciri se esse cōfessum, hoc solum reuelans Confessarius, violabit sigillum. (Reginald. & alij 2.) Vti & si dicat pœnitentem confessum esse multa, vel graua venialia (Hurtad. & Malder.) non tamen si dicat eum minutissimis peccatis scrupulosè caput obtundere: quamuis contrarium doceat Granad. quod saltem valde periculosum est, quia odiosam reddit confessionem. *part. 5. tract. 11. res. 54. 47. 49. & 50.*

8. *Quæ in confessione dicuntur tantum cōcomitanter, ita tamen vt pœnitens existimet illa seruire ad explicanda peccata, clauduntur sigillo.* Reginald. & alij 2. Idem est de defectibus naturalibus pœnitentis. Malder. & alij 3. Itemque de iis quæ alios concernunt, & tamen peccata non sunt, modò à pœnitente dicantur tamquam ad explicationem suorum peccatorum, & non merè cōcomitanter. Sed aliud est de virtutibus & donis Dei; quia hæc fere semper non dicuntur ad explicatio-

M m

nam.

546 *Sigillum confessionis.*

nem peccati. Malder. & alij 2. *ibid.* ref. 5. 29. 38. & 30.

9 Quando pœnitens propositum præfens peccandi, v. g. alterum occidendi dicit animo se accusandi, clauditur sigillo; secus si per modum simplicis solum narrationis, vel etiam ut Confessarium inducat ad simile peccatum. Suarez & alij 8. unde si quis accederet sine vlllo dolore peccati, vel proposito emendationis, non esset sigillum. Malder. & alij 6. *ibid.* ref. 25. & 26.

10 Frangit sigillum Confessarius si dicat quam pœnitentiam imposuerit, quoties hæc est signum verosimile culpæ mortalis, vel grauium venialium v. g. *corona B. Virginis*; secus si pœnitentia esset vnius *miserere*, vel quinque *Pater & Ave*, &c. Granad. & Malder. imò neque ipsum pœnitentem monere potest de eâ adimplendâ. Numquam tamen pœnitens peccat contra sigillum si reuelet pœnitentiam sibi impositam. Suarez. & alij 3. *ibid.* ref. 31. 20. & 8.

11 Confessarius qui dicit in aliquo loco vbi confessiones audit, committi graue aliquod peccatum, putâ Sodomix, non violat quidem sigillum: si tamen coram infirmioribus, & sine spiri-

tali

ali vtilitate hoc dicat, grauiter peccat, quia audientes facile alienari possunt à confessione. Henriquez & alij 6. frangeret autem si diceret, se audiuisse graue peccatum in certo monasterio, etsi non nominaret personam. (Villalob.) Imò etsi solum diceret in certo Ordine Religioso illud committi, grauiter peccaret, sed non esset tamen puniendus ordinariâ pœnâ fractionis sigilli. Mald. *ibid. res. 35. & p. 2. tr. 15. res. 13.*

12. Si Confessarius Nonitorum, vel Monialium coram iis concionetur de vitiis in confessione auditis, scandalum dat; quia confessi facile suffunderentur rubore. Malder. *p. 5. tr. II. res. 36.*

13. Confessarius tenetur dare schedulam pœnitenti quem non absoluit, ne aliàs inducat suspicionem peccati mortalis. Coninc & alij 2. Quòd si diceret se ipsum non absoluisse, violaret sigillum, nisi simul declararet honestam causam ob quam absolutus non esset. Suarez & alij 9. *ibid. res. 22. & 42.*

14. Si pœnitens absque necessitate manifestauit complicem sui peccati in confessione, tenetur Confessarius complicitis peccatum occultare sub sigil-

548 *Sigillum confessionis.*

lo confessionis. Suarez & alij 12. p. 30.
tr. 4. ref. 111.

15 Si Confessarius ex confessione vnius
complicis sciat peccatum quod alter
vacet, & in genere de aliis peccatis ro-
gatus negat, nō potest ideò negare, vel
differre absolutionem; quia æquè vni,
atque alteri fides est habenda. Tolet. &
Fagund. p. 5. tr. 11. ref. 21.

16 Non potest Superior v. g. monaste-
rij dicere Prouinciali, sæpe in eâ domo
peti facultatem absoluendi à reserva-
tis. Turrian. *ibid.* ref. 45.

17 Tenetur sigillo Confessarius etiam
qui inuitus audiuit cōfessionem, modò
pœnitens conatus fuerit ei loqui vt
Confessario. (Malder.) Item qui char-
tam inuenit in quâ scripta erant pec-
cata, sine iam cōfessio facta sit, siue ad-
huc facienda. Malder. & alij. 14. quam-
uis alij cōtrarium doceant. Bannez &
alij. 9. *ib.* ref. 34. & 27. & p. 3. tr. 4. ref. 112.

18 Tenetur sigillo qui siue casu, siue
de industriâ alterius cōfitentis peccata
audiuit (Suar. & alij 16.) Item cum in
naufragij periculo, vel simili, plures si-
mul confitentur aliis audientibus. (Fa-
gund. & alij 4.) Item cui iniustè reuela-
ta est confessio. (Suar. & alij 9.) & Su-
perior

perior à quo petitur potestas absoluen-
di à referuatis. (Suar. & alij 9.) & laicus
qui confessionem audiuit alterius pu-
ratis in necessitate se etiam à laico posse
absolui (Hurtad & alij.) multò magis
si laicus fingat se esse Sacerdotē (Suar.
& alij 7.) Item tenetur interpret (Suar.
& alij 3.) est enim confessio inchoatiuè.
p. 5. tr. 11. ref. 16. 23. 7. 12. 13. 14. 15. & 48.

19 Si pœnitens consilij causâ aliquem
cōsulat in ordine ad confessionem et-
iam alteri faciendam tenebitur cōsilia-
rius ille ad secretū sigilli; quia scit pec-
catum illud in ordine ad cōfessionem,
& aliquo modo participat vsum clavis
scientiæ dirigendo pœnitentem ad Sa-
cramentum. Fagund. & alij 2. *ibi. ref.* 44.

20 Quando Confessarius petendi con-
silij causâ, cum licentiâ pœnitentis, ape-
ruit alteri Sacerdoti Theologo peccata
audita in confessione, si postea hic
Theologus cum aliis loquatur de illis
peccatis, non frangit sigillum con-
fessionis, sed tantum secretum naturale;
quia non reuelat audita in confessio-
ne Vasq. & alij 3. p. 2. *tract.* 15. *ref.* 14. *Sed*
contrarium docet p. 5. tr. 11. ref. 11.

21 Pœna Confessarij violantis sigil-
lum est depositio ab omni munere Sa-

cerdotali, & detrusio perpetua in monasterium. Sed vtraque requirit sententiam, neque spectat ad alios, qui præter Confessarium sigillo obligantur. Suarez & alij 5. Imò illæ pœnæ solum debentur propter reuelationem peccati, non autem si aliquid aliud ignominiosum in confessione cognitum reuelasset. (Granad.) Nullo tamen casu fit irregularis: quia hoc nullo iure statuitur. Hurtad. & alij 7. *ibid.* res. 51. & 53.

22 Qui cum ipso pœnitente extra confessionem agit de peccatis confessis, puniendus est pœnâ ordinariâ, etsi alij velint extraordinariâ puniendum; quod non reuelet confessionem absolute, & strictè loquendo. Granad. *ibid.* resol. 6.

Simonia.

1 IN Simoniâ probabile est dari peccatum veniale ex materiæ paruitate. Molin. & alij 4. qualis erit materia quæ excusat à mortali in furto. Bonacin. p. 5. tr. 5. res. 2.

2 Licet Agnos Dei consecratos vendere ratione materiæ, ac laboris, & impensarum in eis asportandis. Suarez & alij

alij 6. Item licet illos retinere postquam in excommun. incurristi eos depingendo, non tamen ad vendendum. Sanchez & alij 3. Nec peccabunt laici, si absque contemptu illos tangant, nam vsus obtinuit vt à laicis, etiam feminis tangantur. Sanchez. p. 3. tr. 6. ref. 12.

3 Vendere locum honoratiorem pro sepulturâ non est Simoniam: non enim petitur pretium pro sepulturâ simpliciter sed pro aptiori, aut honoratiore loco: hic autem honor potest pretio aestimari. Barbof. & alij 15. quamuis alij contrarium doceant. p. 2. tr. 15. ref. 57. & p. 5. tr. 3. ref. 102.

4 Commendæ Religionis Melitensis non sunt materia simoniæ; quia non sunt beneficia, sed dantur in stipendium pro seruitijs temporalibus. Suar. & alij 10. Similiter vt quis recipiatur in Ordines illos militares, potest sine vlllo peccato pretiū dare. p. 6. tr. 8. ref. 17.

5 Probabile est quamlibet permutationem rerum spiritualium inter se (exceptis beneficiis) non esse Simoniam. v.g. elige me Prouincialem, ego te eligam in Priorem. Sanch. & alij 3. Sed contrarium est probabilius. Villalob. & alij 7 p. 3. tr. 2. ref. 125. & p. 4. tr. 4. re. 150.

6 Si Titius promittat Caio se daturum eleemosynam loco pio, si ipsius operâ beneficium impetret, non est Simoniam; quia nihil datur ut pretium. (Turrian.) Neque etiam si interrogatus de casibus conscientiarum, pro responsione pretium accipiat; quia per se tantum est instructio intellectus: seous si fieret per modum exhortationis. Suarez & alij 2. p. 5. tr. 14. ref. 75. & 4.

7 Si quis det Paulo pretium, ut intercedat apud Petrum, ut ipse Petrus intercedat apud Ioannem collatorem beneficij, ut illud conferat, non esse Simoniam, probabile docent Valquez & Sanchez. quod an ita sit, aliis iudicandum remitto. p. 4. tr. 4. ref. 151.

8 Non est Simoniam si aliquid detur pro labore suscepto eundo, & redeundo ad beneficij collationem, vel in compensationem alicuius damni quod inde patitur, aut alicuius lucri, quod amittit. Suarez. Imò probabile est eo modo quo licet temporale accipere pro spiritali sine Simoniam, licere etiam de hoc ipso pacisci. Valent. & alij 3. In praxi tamen hoc non est amplectendum. p. 2. tr. 16. ref. 37. & p. 6. tr. 7. ref. 42.

9 Quando elector inclinatur ad eligendum

dum indignum, vel minus dignum, non potest tamen dignior hanc vexationem pretio redimere, sine Simoniam. quamuis contrarium doceat Hurtad. & Castrop. Secundum Sanchez tamen & Laym. probabile est, Simoniam illam tantum esse iuris humani, & collationem beneficii valere, nec alterum teneri restituere *p. 4. tr. 4. res. 152 p. 5. tr. 7. res. 17 & tract. 14. res. 1. & part. 6. tract. 8. res. 17.*

10 Quando alius etsi non vi, vel fraude, per subornationem tamen, preces, & munera impedit ne tu eligaris, potes pretio redimere illam vexationem, etsi subornans esset vnus ex electoribus, dummodo non des vt pro te suffragetur. (Sanchez.) multo magis poterit pretio redimi vexa, si post beneficii collationem impediaris iniuste ab eius possessione aduandam Sanchez & alij 2. *p. 5. tract. 14. res. 2. & 3.*

11 Quando iudex vel elector est à meo competitore pecuniâ corruptus possum ostendere me esse paratum pecunias dare, si iudex, vel elector illas voluerit, sed non possum eas dare, vel mittere; quia tunc non vexor iniuste. Hurtad. *p. 5. tr. 7. res. 17.*

M m 5

12 Qui

12 Qui resignat eâ intentione, & spe ut aliorum sibi beneficium à Superiore conferatur, aliàs non resignaturus, non est simoniacus, etsi eam spem verbis, aut scripto exprimat Superiori, modò non intendat eum ad hoc obligare obligatione aliâ præter antidoralem. Valent. & alij 4. Sed alijs hoc non placet, quòd videatur implicitum esse pactum. p. 6. tr. 7. ref. 42.

13 In permutatione beneficiorum quæ sunt inæqualia quoad fructus temporales, non est simonia si inæqualitas ex auctoritate Prælati pecuniâ compensetur, modò non intendas pretium dare pro spiritali titulo. Less. & alij 5. Aut etiam si id fiat per impositionem pensionis ex consensu Episcopi. Navar. & alij 2. *ibid.* tr. 8. ref. 17.

14 Omnes pensiones possunt pecuniâ redimi, exceptâ eâ quæ datur in titulum beneficij, ob aliquod ministerium spiritale futurum Coadiutori Episcopi, vel Parochi senis. Et sic 1. redimi potest quæ seni renuntianti beneficium datur ob labores præteritos. 2. quæ datur Clerico pauperi; quia tantum datur in alimentum eius, & est merè temporalis. 3. quæ data est in re-

nuntia-

nuntiatione, vel commutatione beneficij pinguioris; quia etiam est temporalis. 4. illæ quæ conceduntur ad componendam litem dubiam super beneficio. 5. quæ dantur personis omnino sæcularibus, vt Principibus, vel filio nobilis, etiam Clerico, propter obsequia quæ pater Ecclesiæ præstitit. Sanchez. p. 4. tr. 4. ref. 153.

15 In dubio nemo censendus est simoniacus; quia hinc probationes debent esse claræ, & concludentes. Sac. Rota. Item etsi, secundum ius, inficiatur labe simoniæ etiam is qui non intelligit se illicitum quid admittere, tamen qui processit ex auctoritate viri docti, excusatur à culpâ, & pœnâ. Zypæus & alij 2. p. 6. tr. 8. ref. 17.

16 Propter Simoniam quæ tantum est iuris humani, non incurruntur pœnæ Simonix, vt in permutatione beneficiorum factâ propriâ auctoritate, & reseruatâ pensione, ac propterea valida est talis permutatio. Excipe Simoniam confidentialem. v. g. cum quis renuntiat beneficio cum pacto, vt sibi vel alteri postea reddatur, vel cum reseruatione pensionis, non sibi, sed aliis soluendæ. (Sanchez & alij 4.) hinc etsi

Epi-

Episcopus venderet Vicariatū, non teneretur pretium restituere ante sententiam. (Sanchez & alij 3.) Neque qui seruiunt Episcopo cum intentione recipiendi beneficium, vt pretium seruitij. Sanchez & alij 4. part. 4. tract. 4. ref. 155. 167. & 168.

17 Nulla Simonia inducit pœnas iuris (in quibus est etiam restitutio accepti) nisi in Ordine, beneficiis, & ingressu Religionis. Sanchez & alij 3. *ibid.* ref. 157.

18 Officia illa Regularia, Prioratus, Prouincialatus, &c. includuntur sub nomine beneficij ad incurrendas pœnas Simonis (Suarez & alij 12.) quamuis contrarium probabile putent Barbosa. & alij 3. *ibid.* ref. 156.

Sodomia.

1 Qui commisit actum sodomiticum cum personâ cuiuscumque gradus consanguinitatis, sufficit si in confessione dicat se sodomiticè peccasse cum consanguineo, vel affine, sine explicatione gradus primi, vel secundi. Homobon. & alij. part. 3. tract. 4. ref. 101. Similiter non est explicandum an quis

fue-

fuerit agens, vel patiens. (Leone, & alij 3.) Et generatim probabile est omnia peccata contra naturam esse eiusdem speciei infimæ, & non subalterna. F. Illic. etsi contrarium sit probabilius. *ibid. ref. 59. & p. 5. tr. 14. ref. 56. & p. 6. tr. 6. ref. 36.*

2. Pueri succubi ante annum 14. non subiiciuntur reservationibus Episcoporum: sicut enim minor ætas in foro exteriori excusat à pœnâ ordinariâ, ita & in animæ iudicio. Paludan. & alij 2. *p. 2. tr. 15. ref. 1.*

3. Probabile est Bullam Pij V. contra Clericos sodomitas non esse usu receptam, neque in conscientiâ obligare. Henriquez & alij 5. Et quamvis esset usu recepta, Clericus feminam cognoscens in vase præpostero, illius pœnas non incurrit: quia non committit propriè Sodomiam. D. Thom. & alij 10. *ibid. tr. 17. ref. 61. & 62.*

5. Si Clericus rem habens cum masculo, non emittat semen intra vas, non incurrit in pœnas Bullæ: quia delictum non est consummatum. Suarez & alij, 16 *ibid. ref. 63.*

6. Incidunt in pœnas huius Bullæ Clerici tam agentes, quàm patientes. Quia

correlatiuorum eadem est ratio; Bona-
 cin. & alij 4. *ibid. ref. 64.*
 7. Clerici qui non nisi bis, aut ter in
 Sodomiam sunt lapsi, non incurrerunt
 pœnas Bullæ: quia Pontifex has infli-
 git Clericis exercentibus Sodomiam:
 non dicuntur autem exercere qui se-
 mel atque iterum committunt. Suarez
 & alij 18. *ibid. ref. 65.*
 8. Clericus vitium bestialitatis exer-
 cens in pœnas huius Bullæ non incur-
 rit: quia non est propriè Sodomia; &
 lex pœnalis ad alios casus non expres-
 sos, non est extendenda. Barbof. & alij
 2. *ibid. ref. 66.*
 9. Ante sententiam declaratoriam,
 Clerici sodomitæ pœnas Bullæ non in-
 currunt in foro conscientie. nulla e-
 nim lex pœnalis obligat homines ad
 se prodendum, & ad durissimam pœ-
 nam in se exercendam. Suarez, & a-
 lij 15. Vnde sequitur Clericum exercentem
 Sodomiam, si sit contritus, etiam
 retento beneficio, officio, & dignita-
 te, esse absoluentum. *ibid. ref. 67. & 68.*
 10. Clericus sodomita occultus, ne-
 que est suspensus, neque si celebret,
 incurreret in irregularitatem: quia nul-
 lum crimen inducit irregularitatem,

nisi

nisi
ibid. 7
 PR:
 ad
 ptiza
 tum
 & 2.
 huic
 caris
 pecc
 illa p
 tatis
 bea

 con
 dies
 tern
 sup
 scie
 cor
 tior
 pue

nisi sit notorium. Barbof. & alij 6.
ibid. ref. 69.

Spes.

PRæceptum spei obligat 1. quando
 adultus baptizatur, vel si infans ba-
 ptizatus est, quando suscipit Sacramen-
 tum Pœnitentiæ, vel Confirmationis.
 & 2. in articulo mortis. Hurtad. Sed
 huic satisficit tum per dolorem de pec-
 catis, tum per propositum numquam
 peccandi mortaliter. (Castro Pal.) quia
 illa procedunt ex virtute spei, vel cari-
 tatis, quæ nobilius mentem erigit ad
 beatitudinem. Granad. p. 5. tr. 14. ref. 106.

Sponsalia.

AD contrahenda Sponsalia suffi-
 cit, septennium esse moraliter
 completum, etiamsi octo, vel decem
 dies desint; quod intellige pro foro ex-
 terno, & quando non constat malitiam
 supplere ætatem; nam in foro con-
 scientiæ valida erunt multò antè
 contracta, si adsit sufficiens vius ra-
 tionis. Rebell. & alij. Neque peccant
 pueri ante septennium sponsalia con-
 trah-

trahentes, Sanchez & alij 7. p. 3. tract 4.
res. 274. & 275.

2 In sponsalibus non sufficit consensu fictus, quia promissio, quæ fit animo ficto non obligat. (Sanchez & alij 13.) Quod verum est etsi eodem animo iuramentum adderetur Sanchez & alij 2. Quamuis contrarium doceat Vasquez & alij 2. Si quis tamen sub conditione conjugij corrupisset virginem, teneretur eam ducere, etiamsi fictè promississet; nisi sit longè nobilior, vel opulentior, aut nisi legitimum interuenerit impedimentum, aut si putabat illam esse virginem, & in coitu deprehendat reuera non fuisse. Sanchez & Lessius. quamuis hoc etiam neget Præpos. *ibid.* res. 205. & tr. 6. res. 81. & p. 5 tr. 14. res. 33. & 32.

3 Si alter promittat matrimonium, & alter non repromittat tacitè, vel expressè, neuter obligatur: quod si vno promittente, alter simpliciter acceptet sine aliâ repromissione, sunt Sponsalia, quia cum promissio matrimonij nõ possit esse sub conditione repromissionis, eo ipso quo acceptat, etiam repromittit. Pontius. Contrarium tamen etiam probabile est, & in praxi tu-

tu-

tum. Sanchez. part. 3. tract. 4. ref. 244.

4. Pactum in contractu sponsalium, vel matrimonij appositum, ut vir perpetuò habitet in domicilio vxoris, est validum, nisi noua, eaque iusta causa emergat mutandi domicilij; tunc enim vxor tenebitur virum sequi. Sanchez & alij 2. *ibid.* ref. 212.

5. Sponsalia inter consanguineos inita sub conditione, si Papa dispensauerit, sunt nulla; ideoque licet vtrique contrahenti ante & post impetratam dispensationem, altero inuito, à sponsalibus resilire, etiamsi sint iuramento confirmata. Barbof. & alij 10. quamuis contrarium probabiliter doceat Sanchez & alij 4. Et in priori etiam sententiâ, si magna facta sunt impense pro dispensatione impetrandâ, resiliens tenetur illas restituere. *ibid.* ref. 290.

6. In contractu sponsalium licite potest apponi pœna iniuste resipientis. Coninc. & Pontius.) tamen ex communi DD. sententiâ resiliens non tenetur pœnam persolvere, etiamsi iuramento firmeretur. Sanchez & alij. *ibid.* ref. 211.

7. Sponsalia metu graui contracta sunt inualida, etiam accedente iu-

ramento; quia iuramentum metu extortum non confirmat contractum, imò nec obligat, ac propterea nec indiget relaxatione. Sanchez & Barbof. *ibid. ref. 278.*

8 Quando aliqui non parentes vel tutores, nec ex mandato, pro aliis presentibus, & tacentibus contrahunt sponsalia, horum taciturnitas non est signum sufficiens interni consensus. Sanchez & alij 2. Contraria tamen sententia est etiam valdè probabilis. Pontius & Henriq. *ibid. ref. 270.*

9 Quando parentes & tutores pro filiis, & pupillis contrahunt sponsalia, non sufficit postea id scientes non contradicere, sed requiritur ut expressè, vel tacitè ea aliquo signo sufficienti ratificent. Sanch. & Pontius. *ibid. ref. 271.*

10 Contrahens non tenetur aperire suos defectus qui reddunt nuptias minus appetibiles, non tamen perniciosas, præsertim cum aliquam infamiam habent adiunctam. Sic sponsa uti potest aliquo artificio, ne vir deprehendat corruptam; imò licet apertè diceret esse virginem, non peccaret mortaliter: possetque cogere sponsum huius defectus ignarum, ad standum spon-

sponsalibus. At verò si defectus sunt perniciosi, ut morbus contagiosus, grauis infamia, &c. non licet cum horum ignaro contrahere, nisi similes defectus ipse pateretur. Coninc & Pontius *ibid* res. 287.

11 Qui contraxit sponsalia nullo præfixo termino, non tenetur promissionem implere, nisi requirente eo cui facta est promissio: id enim commune est omni debito absque diei præfixione, ut solum tenearis soluere à creditore requisitus. Sanchez & Villalob. *ibid* res. 245.

12 Si is qui contraxit sponsalia adimplere nolit, primùm monendus est, deinde per censuram compellendus; compulsionem tamen moderatâ. Pontius & Villalob. *ibid* res. 206.

13 Post sponsalia, etiam iuramento firmata, licet Religionem ingredi; & per ingressum, sponsalia dissoluentur independentem à professione. Sanchez & Tolet *ibid* res. 207.

14 Qui post sponsalia, sacros Ordines suscipit, non peccat: quia videtur subintellecta conditio; nisi impediatur electio melioris status. Pontius & alij 2. Imò non tantùm votum suscipiendi Ordines

nes, sed etiam castitatis seruandæ licitè
emittitur post sponsalia, & hæc diri-
mit. Suar. Vasq. & Pontius. etsi contra-
rium in his omnibus etiam probabili-
ter doceat Sanchez & alij. *ibid* ref. 208.
15 Per matrimonium validum dissol-
vuntur priora sponsalia quoad eum qui
non contraxit matrimonium: Quoad
eum verò qui contraxit, est probabile
obligationem non extinguere (si alter
expectet) sed suspendi, & soluto eo
matrimonio teneri ad implenda prio-
ra sponsalia, sicut tenetur qui post vo-
tum castitatis, vel Religionis, matri-
monium contraxit, & consummavit.
Pontius. Sed contrarium etiam est pro-
babile Sanchez & Villalob. *ibidem*,
resol. 209.

16 Si post sponsalia cum primâ, se-
quantur sponsalia cum secundâ, unâ
cum copulâ, probabile est priora
dissolui; posterior enim promissio
est fortius vinculum, & strictior obli-
gatio refarciendi damnum. Pontius &
alij 2. quamvis id etiam probabiler ne-
gent Sanch. & Villalob. *ibid* ref. 210.

17 Qui post votum Religionis, vel ca-
stitatis, corruptit virginem sub spe, &
pacto conjugij, tenetur illâ ducere, nisi
remit-

remittat obligationem, aut aliâ ratione illi satisfiat. Vasquez & alij 5. Contrarium tamen est probabile: quia promissio fuit nulla, utpote promissio rei illicitæ contra votû. Laym & alij 2. *ibid. ref. 203 & 280. & p. 5. tr. 14. ref. 38.*

18 Potest quis pubes factus non expectatâ alterius pubertate, resiliere à sponsalibus; quia frustra expectatur euentus cuius nullus est effectus. Sanchez & alij 4. Aliud esset si fuissent iuramento firmata, quamuis id etiam probabile putet Villalob. *p. 3. tract. 4. ref. 282. & 288.*

19 Sponsa non potest resiliere à sponsalibus, etiam si sponsus permittat se ab aliâ impudicè tangi per oscula, amplexus, &c. quia id sponsæ nō est dedecus; nisi illa oscula essent ita frequentia, ut indicarent propensum valdè sponsi in alteram animum, ut meritò timeri possit ne fidem sponsæ non sit seruaturus. Sanchez & alij 3. *ibid. ref. 283.*

20 Si uterque sponsus fornicetur post sponsalia, solus vir potest à sponsalibus resiliere: nam delicta sunt valdè imparia, & longè grauius damnum imminet sponso propter incertitudinem prolis. Sanchez & alij 6. *ibid. ref. 284.*

21 Certum est sponsum posse resiliere à

sponsalibus, si sponsa oculum, aurem, vel nasum amiserit, vel si morbus contagiosus, vel lepra superueniat; item ob graueolentiam oris immedicabilē, aut vehementem morbi gallici suspicionem. Idem dicendum est de notabili deformitate: tunc enim sponsus habet ius resiliendi. (Sanchez & alij 4.) non item sponsa, si hæc deformitas accidat sponso: quia in viris non admodum requiritur pulchritudo; nisi sponsus ita fieret deformat, ut spectantibus horrorem incuteret, aut ineptus redderetur ad officium, seu opificium exercendum. Coninc. *ibi. ref. 285.*

22 Quando nulla præcessit promissio dotis, dissolui possunt sponsalia, ob paupertatem sponsæ superuenientem: hæc enim est notabilis mutatio. At si sponso noua repente hæreditas obueniat, ita ut sponsa iam illi sit inæqualis; non ideò habet ius resiliendi, quia non fuit deceptus in sponsæ conditione, in quâ nulla facta est mutatio. Idem dicendum de sponsâ, si noua illi hæreditas accedat. Sanchez & alij 3. *ibid. ref. 286.*

Statu

Statutum.

1 Statuta laicorum sunt contra immunitatem Ecclesiast. 1. quando Ecclesia, & personæ Ecclesiast. impediuntur vti rebus aut facultatibus sibi à iure concessis. Felin. & alij 4. 2. quando tolluntur priuilegia ipsis concessa à Deo, Pontifice, vel Principibus secularibus. Baldus & alij 5. 3. quando ipsi efficiuntur timidiore. Bartolus & alij 2. 4. quando efficerentur deterioris conditionis quàm laici. Felin. & alij 2. p. 4. tr. 1. ref. 52. & 55. & p. 6. tr. 8. ref. 4.

2 Quælibet statuta laicorum si faciant mentionem Clericorum, sunt invalida, etsi essent illis fauorabilia. Nec refert si fundentur in publicâ utilitate; quia aliàs cum hoc debeat inueniri in omnibus, etiam omnia possent ligare Clericos Suarez & alij 5. p. 4. tract. 1. ref. 15. Excipe nisi continerent merum priuilegium, & nullum præceptum, vel necessitatem. Surdus. p. 3. tr. 1. ref. 13.

3 Statutum Principis quo excludit aliquos (inter quos nominat quemdam Ecclesiasticum) à priuilegio quocuius fruitur, officit Ecclesiast. immunitati; quia tollit illi priuilegium quo

N a 4 fruun-

fruantur Clerici iure communi, quandoquidem est toti communitati concessum. *p. 1. tr. 2. res. 59.* Item si Princeps statuat, ne suis privilegiis fruatur ij qui subditi non sunt, facit contra libertatem Ecclesiast. quia de iure communi Clerici frui possunt beneficio privilegiorum alicui communitati concessorum. *Filliuc & alij 3. ibid res. 60.*

4 Si constet aliquod statutum officere Ecclesiast. libertati, debet Episcopus præcipere ut tollatur; si id non fiat, debet ipse auctoritate sua tollere, & inuvalidum declarare. In dubio verò an statutum sit contra libertatem Ecclesiast. potest cogere conditorem statuti ad declarandum Clericos non comprehendi. *Sayr. & alij 2. p. 3. tr. 1. res. 68.* Ceterum vniuersim in dubiis sequenda est opinio quæ fauet Ecclesie. *Felin. & alij 5. p. 1. tr. 2. res. 65. & p. 6. tr. 8. res. 4.*

5 Lex inuvalidans donationem omnium bonorum factam filio Clerico, multis DD. videtur esse contra immunitatem Ecclesiast. quia non potest lex civilis hanc præsumptionem inducere, ut alienatio bonorum facta in fauorem Ecclesie, fieri videatur in fraudem filii. Quamuis contrarium doceant

ceant

ceant Vasquez & alij 2. p. 3. tr. 1. res. 3.

6 Statutum prohibens ne vinum aut frumentum extra territorium exportetur, vel in illud importetur, Clericos non comprehendit: quia per hoc adimitur quod eis competit de iure communi. Aliud est quando id requirit publica necessitas, cui aliter occurri non possit, tunc enim tenentur vi rationis naturalis, & ex caritate, tamquam pars Reipub. nō vi edicti Magistratus laici. Azor. & alij. Vnde non possunt laici auferre annonam Clericorum quę sic inuehitur, vel exportatur; sicut non possunt vllā pœnā plecti ob violatas leges communes. Azor. & alij 4. p. 1. tr. 2. res. 69. & 70. & p. 4. tract. 1. res. 8. & p. 5. tr. 1. res. 6. & p. 6. tr. 8. res. 4.

7 Quando Clerici siue per se, siue per famulos vendunt vinum, vel alios fructus, si statuat laicus, vt generatim omnes venditores vini debeant præstare fideiussionem ad soluendas pœnas, si ad illas damnandi sunt; faciet contra libertatem Ecclesiast. quia vel Clericus sic indirectè obligabitur ad illas pœnas, vel non inueniet emptores, si nolit eos seruare indemnes. Onus ergo quod non potest ipsis Clericis imponi,

non potest etiam imponi contrahentibus cum ipsis. Aponte & alij 2. Idemque est, si statueret ut nemo possit vinum vendere, nisi quartâ domo ab Ecclesiâ; quia hoc magnum onus Clericis imponeret, quod de iure ipsis non est impositum. *p. 4. tr. 1. ref. 52.* Statutum verò ne quis similia vendat, præter deputatum à domino loci, non obligat Clericos, quamvis id fieret ad subleuandam publicam necessitatem ciuitatis. Azor & alij. *p. 5. tr. 1. ref. 20. & p. 6. tr. 8. ref. 4.*

8 Statutum Iudicis sæcularis, ut concubinæ non teneantur pro furtis quæ fortè commiserint, non potest ligare Clericos quin illis maneat actio furti, utpote quæ ipsis de iure communi conuenit. Felin. & alij 7. *part. 4. tract. 1. resol. 11.*

9 Statutum laicorum quo prohibetur generaliter ne quis librum vllum imprimat sine ipsorum licentiâ, non ligat Clericos. Bariola. *ibid. ref. 60.*

10 Principes prohibentes laicis, ne vendant Ecclesiasticis, ne molant, coquant panem, &c. incurrunt in excõm. hoc enim derogat Ecclesiasticæ libertati. Suarez & alij 4. *p. 1. tr. 2. ref. 54.*

11 non
12 poss
13 fessic
14 Pon
15 12
16 quis
17 nem
18 bert
19 uiles
20 nem
21 In su
22 ciur
23 13
24 sta
25 Ecc
26 fexa
27 nita
28 ref. 1
29 14
30 tur
31 uerl
32 iure
33 bett
34 si in
35 tur,
36 fun
37 siac
38 di,

11 Non valet statutum vt quis, qui nondum habet ius in re bonorum quæ possessurus est, non adeat illorum possessionem, si Religionem ingrediatur. Pontius & Decius. *ibid* ref. 125.

12 Statutum quo Princeps cauet, ne quis sine suâ facultate adeat possessionem alicuius beneficij, est contra libertatem Eccles. nisi Princeps ex priuilegio Rom. Pontif. habeat collationem beneficiorum, vel priuilegium, vt in suâ ditione nullus externus beneficium obtineat. Azor. & alij 6. *ib* ref. 63.

13 Lex prohibens ne bona vulgò dicta *de Realengo*, sine licentiâ Regis ad Ecclesias, vulgò *A mano morta*, transferantur, est contra Ecclesiast. immunitatem. Valer. & Gueuara. p. 1. tract. 2. ref. 104. & p. 3. tr. 1. ref. 14.

14 Statutum ne immobilia alienentur in extraneos, & Ecclesiasticos, aduersatur Eccles. libertati: nullo enim iure, nec naturali, nec diuino id prohibetur, imò nec humano. Secus autem si in statuto Ecclesiastici non exprimantur, quamquam Episcopi cogere possunt ita statuentes, vt declarent Ecclesiasticos illo statuto non comprehendi. Suarez & alij 73. p. 1. tract. 2. ref. 58. & p. 6.

p. 6. tr. 3. per totum. Idem est si Ecclesia bona immobilia sibi relicta iubeatur vendere intra certum tempus. *p. 5. tr. 1. ref. 3. & p. 1. tr. 2. ref. 64.*

15 Lex amortizationis non faciendæ sine licentiâ Principis, est contra Eccles. libertatem, nisi id fiat ex speciali concessione Pontificis. Quare talem legem latam in regno Castellæ à Ioanne II. sustulit Philippus II *p. 4. tr. 1. ref. 57.*

16 Princeps, vel Respubl. statuens ne in suo dominio, Ecclesiæ vel Monasteria construantur sine suâ licentiâ, derogat immunitati Ecclesiast. & ita statuentes sunt excommunicati. Comit. & alij 12. *p. 1. tr. 2. ref. 62.*

17 Princeps non potest per statutum irritare iuramenta, quæ in certis contractibus apponuntur: quia est res merè spiritualis. Graff. & alij 2. *ibid. ref. 74.*

18 Princeps sæcularis potest impedire ne fiat iuramentum; si tamen fiat, erit observandum, nisi Episcopus relaxet. Suarez & alij. *ibid. ref. 114. & 115.*

19 Magistratus non potest disponere de iis quæ ad funera, & exequias pertinent, in iis quæ spectant ad Clerû, vel cultum diuinum: potest tamen prohibere

hiber

fune

20

conc

tiner

cran

mat

Pon

imp

sang

ref. 3

21

ne fi

su p

dita

de sp

stat

sens

p. 1. 1

22

ri p

rito

tem

elle

sa 8

P

dan

hibere abusum, & luxum circa pompā
funeris. Reginald. & alij 7. *ibid. ref. 65.*

20 Non potest Princeps ſecularis leges
condere ad ſubſtantiā matrimonij per-
tinentes: licet enim materia huius Sa-
cramenti ſit contractus, hæc tamen
materia per Chriſtum facta eſt ſacra.
Pontius & alij. vnde nec pœnas potest
imponere contrahentibus cum con-
ſanguineis diſpenſatione Pontificis. *ibi.*
ref. 328. & p. 5. tr. 1. ref. 16. & 17.

21 Statutum Principis, quo cauetur
ne filij poſſint contrahere ſine conſen-
ſu patris, aut alioquin excidant hære-
ditate, non eſt validum: quia diſponit
de ſpiritualibus. Laici enim nihil poſſunt
ſtatuerе, quod matrimonij liberum cō-
ſenſum impediatur. Couarr. & alij 10.
p. 1. tr. 2. ref. 75.

22 Statutum quo mulier, cuiusque libe-
ri privatur hæreditate, ſi illa extra ter-
ritorium nubat, eſt contra immunita-
tem Eccleſiaſt. quia matrimonia libera
eſſe debent ab omni coactione. Barbo-
ſa & alij 5. *ibid. ref. 57.*

Suſpenſio.

Potest aliquis ſuſpendi pro culpā
alienā, vt ſi omnes ſubditi ſuſpen-
dantur in pœnam delicti Superioris.

D. Thom.

D. Thom. & alij 2. p. 5. tract. 10. ref. 22.

2 Omnis suspensio per appellationem suspenditur, præter suspensionem ab officio, & ab ingressu Ecclesiæ. (Coninc & alij 3.) Imò si censura ab Episcopo v. g. sublata sit ad reincidètiã, & interim detur appellatio, suspendit sententiam ne postea reincidas. (Alter. & Bonacin.) Valet autem appellatio facta generalibus solum terminis, sed tunc instituenda est apud iudicem proximè superiorem. *ibid.* ref. 17 & 18.

3 Non incurrit suspensionem Episcopus qui subditum alienum ordinat ex ratihabitione: sed quidam casus hinc excipiendi. Neque qui episcopatum recipit censurâ ligatus; quia episcopatus non est Ordo. (D. Thom. & alij 8.) neque si in alienâ diœcesi conferat primam tonsuram; quia etiam hæc non est Ordo. (Tolet. & alij 4.) neque Abbates qui alijs quàm subditis suis Regularibus tonsuram, & minores Ordines conferunt. (Bonacin.) neque qui dimissoriales pro Ordinibus concedunt suis Nouitiis. Sanch. & alij 3. *ibid.* ref. 38. 41. 45. 42. & 43.

4 Non est suspensus qui ab Episcopo excommunicato vitando ignoranter

suscep-

suscep
suscep
mino
lum

Ordin
est cu
alij 4.
fideiu
neque
nunti
don.

5 Si
eo qu
ordin
stea

cam
non
nisi i
nacin
cubi
spen
tum.

6 C
rias,
in ec
spect
verit

7 S
fortis

suscepit Ordines. (Turrian.) neque qui suscepit subdiaconatum, non susceptis minoribus Ordinibus: quia textus solum agunt de transilientibus sacros Ordines. (Portel.) neque qui ordinatus est cum patrimonio ficto. (Coninc & alij 4.) neque qui sine titulo cum solâ fideiussione alimētorum. (Grilenzon.) neque qui post susceptum ordinem renuntiat patrimonio. Turrian. & Gordon. *ibid. ref. 39. 47. 50. 48. & 57.*

5 Simoniacè ordinatus ignoranter ex eo quòd alius clam munera dederit ut ordinaretur, non est suspensus, et si postea ratificet promissionem simoniacam ab amico factam: quia ratihabitio non comparatur mandato in pœnis, nisi iure exprimatur. Henriquez & Bonacin. Item in Clericos publicè concubenarios si quod fuit ius ferens suspensionem, consuetudine est abrogatum. Suarez & alij 8. *ibid. ref. 56. & 49.*

6 Qui ficto titulo impetrat dimissorias, non incurrit suspensionem latam in eos qui sine dimissoriis ordinantur: spectat enim ad Episcopum examinare veritatem. Henriq. & alij 2. *ibid. ref. 55.*

7 Suspenduntur ordinati cum dimissoriis Capituli, Sede vacante datis infra

an-

annum. ex Trident. *sess. 7. cap. 10.* Item Clericus utens vestibus prohibitis, nisi id fiat vel occultè, vel ob iustam causam, vel ob celebrationem festiuitatis, aut nuptiarum. (Auila & alij.) Item si Religiosus excommunicatus ob percussionem Clerici, vel quibus alius stante matrimonio etiam non consummato Ordines suscipiat. Sed in utroque hoc casu excusat ignorantia, etiam supina. *Præpos. ibid. ref. 46. 51. 58. & 59.*

8. Episcopus ordinans aliquem acceptâ ab eo promissione, aut iuramento quòd non periet beneficium, aut alimenta, suspenditur ad triennium à collatione Ordinum: ordinatu verò ab executione suscepti, donec à Papâ absoluator. Excusat tamen in foro interno ignorantia iuris. Suarez & alij 2. *ibid. ref. 54.*

9. Suspensus ab Ordine inferiori non suspenditur à superiori, nisi hic inuoluet exercitium interioris. (Coninc & alij 3.) Neque Episcopus suspensus à collatione Ordinum minorum impeditur conferre maiores. Suarez & alij 3. *ibid. ref. 5. & 6.*

10. Suspensio ab officio per se non includit suspensionem à beneficio, & ideo

non

non priuat fructibus beneficij (Suarez & alij 16.) sicut nec suspensio à beneficio, illam ab officio, sed solam dicit priuationem fructuum. Imò si talis adhuc præstet officium, lucratur omnes fructus. (Præpos. & alij 3.) & suspensio ab officio non valdè tantùm, sed & licitè beneficium confertur. Hurtad. & Acugna. *ibi. ref. 1. 3. & 2.*

11. Suspensus à beneficio probabiliter non priuatur fructibus pensionis collatæ etiam titulo clericali. (Alter. & Megal.) Itè valdè potest aliud nouum acceptare. (Coninc & alij 6.) & potest conferre beneficia, confirmare, eligere &c. quamuis hæc ipsi competant ratione beneficij à quo suspensus est; nam illa non spectant ad fructus beneficij, sed potiùs ad officium. Suarez & alij 7. Imò nec ab Ordine suspensus priuatur iure eligendi. Cornejo. *ibid. ref. 15. 7. 8. & 21.*

12. Sacerdos suspensus valdè absoluit, supposito quòd antè habuerit iurisdictionem. (Caietan. & alij 3.) & reliqui actus Ordinis validi sunt, præter illos qui postulant iurisdictionem, qui etiam valent si suspensus est ab Ecclesiâ communiter toleratus, imò si non

O O sic

fit specialiter denunciatus. Suar. & alij.
Communicare autem cum suspensio
non est prohibitum, sicut cum excom-
municato. *ibid. ref. 52. 11. & 10.*

13 Episcopus suspensus à Pontificali-
bus non fit irregularis etsi Missam ce-
lebrat in Pontificalibus; quia Missa non
est munus Episcopi, sed Sacerdotis.
Præpos. *ibid. ref. 4.*

14 Suspensus ab officio prædicandi
non fit irregularis etsi cõcionetur; quia
hoc per se non est actus Ordinis. (Tan-
ner. & alij 4.) neque si suspensus à sus-
ceptione Sacramentorum illa suscipiat.
Neque si, propter ordinationem, suspensi
canant Epistolam, vel Euangelium in
illâ Missâ sub quâ ordinantur. (Suarez
& alij 2.) neque si Clericus suspensus ab
officiis divinis, assistat illis ut laicus:
imò tunc nec peccabit. Filiucius. *ibid.*
ref. 10. 26. 37 & 12.

15 Suspensus ob promotionem ad
Ordinem ante legitimam ætatem, po-
test virtute Bullæ Cruc. absolui, non ta-
men in Ordine ministrare ante ætatis
cõplementum. Auila & alij 4. Omnis verò
suspensio lata à iure, quæ est censure, po-
test tolli ab Episcopo, nisi Pontifici re-
servetur. Laym. & alij 4 *ibi ref. 53. & 23.*

16. Suspensio lata sub conditione v. g. donec satisfacias, vel restituas, positâ conditione tollitur ipso facto sine aliâ absolutione. Hurtad. & alij s. idem dicendum de eâ quæ lata est ob cõtumaciam. Couarr. & alij. *ibid.* ref. 24. & 25.

T

TESTAMENTVM.

1. Valer consuetudo vt minor numerus testium quàm septem sufficiat ad valorem testamenti. *p. 6. tr. 5. ref. 30.*

2. Qui non vult in testamento exprimere restitutiones faciendas, vel quid simile, ponat in eo se chartam dedisse Confessario, vel alteri, quam velit habere vim testamenti. Imò talis nominatio hæredis esset sufficiens. *p. 5. tr. 3. ref. 135.*

3. Testamentum inchoatũ, & morte interueniente non absolutum, validum est quoad legata pia quæ in eo iam expressa sunt. *p. 5. tr. 3. ref. 126.*

4. Clerici eo ipso quo gaudent priuilegio fori gaudet etiam priuilegio *c. cum esset de test.* vt testamenta eorum valida sint, licet non adsint solennitates iuris.

O O 2.

Quam-